



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XVIII. Die Söhne des Edlen Conrad von Dorstad verkaufen dem Kloster Diesdorf Besitzungen zu Hohen Dolslege, am 3. August 1278.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

Prepositus Fridericus comparavit a nobis, cum areis et Pratis, cum omni Jure et utilitate appendente absque Advocatia. Ne autem aliquis imposterum modernorum aut futurorum memoratam Ecclesiam in predictis bonis valeat impedire, Warandia defendemus. Et ut rei huius actio stabilis et rata permaneat, presentem paginam sigillorum nostrorum fecimus appensione muniri. Testes Fideles et idoneos adhibentes, quorum nomina hec sunt: Dominus Bruno et Dominus Wernerus, Sacerdotes, Dominus Helmbertus et Dominus Gerardus de Vitztreue, Dominus Hermannus Zabel et Dominus Helmbertus Lupus, Dominus Tidericus de Bilrebeke et Dominus Rabodo de Plote, Milites, Hermannus de Couelde et Fridericus Fredeuincke, Hermannus Knop et Christianus de Lidfere, Rudolfus de Campe et Wineke, Magister Civium eiusdem Ville et alii quam plures. Acta sunt hec Anno Domini MCCLXV. Indictione Octava, in Die Elyfabet.

Beckmann's Beschreib. V, I, X, Sp. 145. 146.

XVII. Otto und Werner, Edle von Hadmersleben, schenken dem Kloster Diesdorf vier Hufen in Danrsen, am 21. Februar 1277.

In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Otto et Wernerus, Nobiles de Hadmersleue, omnibus in perpetuum. Cum ea que fiunt in tempore labantur cum tempore, expedit ut ea que aguntur in scripta publica redigantur. Nouerint igitur tam presentes quam futuri fideles in Christo, quod nos IV mansos in Danrsen sitos, qui de proprietate nostra erant, preposito de Destorp vendidimus legitime et pro contractu venditionis tradidimus ipsi Claustro cum omni plenitudine juris ipsos perpetuis temporibus libere possidendos. Ne igitur emptionem ipsius prepositi jam dicti alicuius proteruitas valeat infirmare, presens scriptum in robur validum eidem claustro dedimus et illud sigilli nostri appensione fecimus communi. Huius rei testes sunt H. dictus Grelle, Henricus de Ottersleue, H. de Reddigou, S. de Lotstrobe, milites et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXXVII<sup>o</sup>, VIII<sup>o</sup>. kal. Martii.

Cerens Dipl. II, 166—167.

XVIII. Die Söhne des Edlen Conrad von Dorstadi verkaufen dem Kloster Diesdorf Besitzungen zu Hohen Dolslege, am 3. August 1278.

Nos dei gracia Bernardus, Canonicus Hildensemensis, et Conradus, Canonicus Halberstadenfis, Arnoldus, Canonicus Magdeburgenfis, Fredericus et Waltherus,

milites, filii nobilis viri Conradi de Dorftad, omnibus, ad quos prefens scriptum peruenerit audiendum uel videndum in perpetuum.

Prudens ad inuenit antiquitas, ut ea, que rationabiliter geruntur, scriptis roborentur et testibus, ne cum mutabilitate temporis ab hominum memoria euanescant. Hinc est quod presentibus volumus esse notum et futuris constare plenius, nos cum domino Frederico, preposito in Disdorpe conuenisse in emptione quorundam bonorum, que sita sunt in Hondolslege, que suo claustro iam dicto vendidimus pro vndecim marcis puri argenti in proprium cum iure pheodi, et eis plenam de eisdem bonis prestamus warandiam in omni loco, ubi eis fuerit opportunum, tali condicione apposita et adiecta, ut dictus prepositus, uel qui post eum erit pro tempore, eadem bona porrigat in pheodo Henrico et Dhetburgi, uxori sue, prout ipse bona de manu nostra antea recepit, nec non promissimus fide data eidem preposito et suo claustro in Disdorpe, dum frater noster Arnoldus a Studio reuertatur, suum apponet consensum pariter et sigillum. Insuper promissimus et tenebimur adimplere, ut cum Conradus, filius Frederici, ad annos discretionis peruenerit, dictam venditionem nostram de premissis bonis gratam habeat atque ratam. Sane ut hanc venditionem nostram et omnia, que prescripta sunt, rata maneant et a nullo in posterum valeant immutari, presentem litteram inde conscribi fecimus et sigillorum nostrorum appensione roborari iussimus ad cautelam et euidentiam ueritatis. Huius rei testes sunt dominus Bernardus de indagine, Comes Henricus de Woldenberch, dominus Conradus de Wereberchge, nobiles, Dominus Nicolaus, plebanus sancte Katerine, Henricus de Ingeleue, aduocatus domini Waltheri, Henricus de Valeberch et alii quam plures. Datum et editum de ore Henrici prepositi Sancti Blasii in Brunefwic, Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LXX<sup>o</sup>. VIII<sup>o</sup>., in die inventionis beati Stephani Protomartiris.

Gercken's Dipl. II, 167—170.

XIX. Die Markgrafen Otto und Albert schenken dem Kloster Diesdorf das Dorf Malsdorf, am 4. November 1279.

In nomine domini amen. Varietas temporum, multitudo tractatum adeo nostram infirmitatem memoriam ut necesse sit quod adiuuetur uoce testium et testimonio literarum. Hinc est igitur, quod nos Otto et Albertus, Dei gratia Marchiones Brandenburgenses, notum facimus tenore presentium perpetuo protestantes, quod ob reuerentiam omnipotentis Dei eiusque intemerate virginis Marie Conuentui Sanctimonialium in Distorp proprietatem X. chororum de villa Malsdorf annuatim prouenientium insuper et medietatem advocatie trium curiarum et VI. Cottatorum ibidem sitorum damus et donamus perpetuo possidendam. Vt igitur hec nostra donatio per nos nostrosque successores perpetuo immutabilis perseveret nec ab aliquibus violari valeat vel infringi, presentes litteras desuper conscribi fecimus et sigillorum suffragio communiri, adhibitis nihilominus testibus infra scriptis, ut domino Bartholdo in Saltwedel preposito, Bernardo de Strele, Arnoldo de Pagedy, Johanne de Stendal, Johanne de Krakou, Henrico Mynner, Johanne